



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 95. Alphonsus Genuam improviso capere molitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sacra. XV. præliari perbene assueti erant, hancque  
A.C. 1494. belli disciplinam ede&ti, Italorum copiis  
longe superiores erant; hæ enim illo ad-  
huc tempore tumultuario ferme impetu  
in hostes irruere solebant. Præterea  
Galliarum Rex præter quadringenta vi-  
ginti minora belli tormenta secum pari  
ferme cum suis copiis gradu advehebat  
centum quadraginta graviora, quæ tam  
vastæ erant melis, ut facile ponderis plus  
quam ducentarum librarum globos e-  
mitterent, quibus devehendis præsto  
erant octo millia equorum, quatuor mil-  
lia curruum, mille ducenti milites tor-  
menta explodere docti, bis mille sex-  
centi fabri lignarii, qui ligneas tormento-  
rum compages, si forte frangerentur, re-  
pararent, denique conducebantur trecen-  
ti fossores, totidemque opifices, qui fun-  
dendis tormentis operam locarent.

## §. XCV.

*Alphonsus Genuam improviso caper-  
molitus.*

**H**aud segnior Alphonsus tota belli mo-  
le Ludovici ditiones opprimere de-  
creverat; unde Ductore Ferdinando ju-  
niore ejus filio unam exercitus sui par-  
tem in Romandiolum immisit, alteram,  
cui Fridericus ejus frater imperabat, ad  
Genuensium oram deduxit, spe fretus,  
opera

opera Pauli Fregosii Cardinalis, Objetti Sæcul. XV.  
de Flischis, aliorumque plurium ex illu- A. C. 1494.  
stri Adorniorum familia, quibuscum Al-  
phonsus secreta fovebat consilia, facile  
hujus urbis cives ad seditionem conci-  
tandos fore; Mediolanenses quoque in  
Ludovicum conspiraturos sperabat, dum-  
modo adolescentem Mediolani Ducem  
in fidem suam reciperet, hocque pacto  
fore, ut Galliarum Rex longius a Nea-  
polis regno arceretur. Ast brevi Ludo-  
vicus rem edoctus est per Cardinalem  
S. Petri ad vincula, qui arcana Alphonsi  
consilia tempestive detexerat. Quare  
omni studio Genuensium securitati pro-  
visum est, atque ipse Rex quantocius eo  
destinavit Divionensem Præfectum duo-  
bus Helvetiorum millibus stipatum. Fri-  
dericus comperta hac rerum vicissitu-  
dine, cum de prospero armorum succes-  
su contra Genuenses desperaret, copias  
suas Pontificiis adjunxit, Ostiam inopina-  
vi aggressurus, cuius arcis præsidium  
Cardinalis S. Petri Nicolao Ruvereo fra-  
tri suo committebat, unacum ceteris  
urbibus, quas intra Ecclesiæ ditiones  
occupaverat. Verum Ostia ad primos ho-  
stium occursus deditio accepta est, ea  
tamen lege, ne Papa deinceps Cardina-  
lem censuris persequeretur. Haud mul-  
to post tempore Columnenses denuo eam  
Pontifici eripuere, civibus portas urbis  
ultro

Sæcul. XV. ultro aperientibus, qua re comperta, A.  
A.C. 1494. lexander omni cunctatione remota co-  
pias suas in Romandiolas revocavit.

## §. XCVI.

*Alphonsus, & Petrus Medicæus dis-  
cordias inter Galliarum Regem  
& Ludovicum seminarie  
conati.*

Neapolitanus Rex æque ac Petrus de Medicis cum angustias, quibus im-  
plicabantur, eluctari percuperent, Gal-  
liarum Regis cum Ludovico societatem  
dirimere fatagebant; Neutri opportuna  
defuit occasio; cum enim Ludovicum  
Mediolani Ducatum, cuius investituram  
ab Imperatore jamjam acceperat, sibi  
afferere, unice intentum esse haud igno-  
rarent, ambo opem operamque eidem  
spounderunt, ut quietam Ducatus pos-  
sessionem tueri posset; Neapolitanus ve-  
ro, quem haud latebat, Franciæ Regem  
pecuniarum inopia premi, quæ eidem o-  
lim Pater ejus promiserat, denuo confir-  
mavit, pollicitus, se deinceps Gallicæ  
coronæ vestigalem fore, quo facto Ca-  
roli VIII. honori, ejusque famæ cautum  
esset. Ad ejusmodi vero consilia eo  
tempore fuscipienda potissimum ex eo  
permovebantur Alphonsus & Petrus de Medi-